Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26346
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pluce habere illas. Sed modus est que-
rere sumptus. Sumptus huic necessarius est argentum.
Nam ex argento cita facile habentur. Sic dicit vulgo.
Qui argentum habet in marsupio. vinum habet in dolio. Quod
est argentum. Eloquium dulce. Unde habes. Salomone:
Argentum mundum electum lingua iusti. Tertius modus est
quaerere viam directam. sine offendiculo. Via di-
recta. est simplicitas. Salomone audi. Simplicitas
iustorum diriget eos. supplantatio impiorum vastabit
eos. Id est. Semitas aequitatis cum ingressus tuus. non
arctabuntur gressus tui. cum cucurrerit non habebis offen-
diculum. Ecce via sine via. sine offendiculo. Qui
enim ambulat. simpliciter ambulat. confidenter.
Qui sic parauerit viam domino. rectas faciet semitas domino
Deo nostro. qui vivit et regnat. Lx Ypgit Hab dim.
Cum esset desponsata mater domini ihu maria ioseph.
dirifer opatur in ligno. primo rude siluam explanat.
deinde ligno expolito. quam destinauit in corde suo
effigiem formare insistit. Simulque aliquis siluam
septuarum ingressus. cum inspexit capitulum a-
liquod inutile ad exponendum. cor. qui lignum habile
ad opandum. pulcorticem luteret explanat. de-
inde mysticum signum allegoriamque liniamenta
imprimit. Tertio ad decorandum opus moralitatis co-
lores inducit. Primo quidem enodandum est. quae fuit ad lu-
teum her desponsatio. Erat apud antiquos desponsatio.